



CONGREGATIO DE CULTU DIVINO
ET DISCIPLINA SACRAMENTORUM

Prot. N. 53/21

OVETENSIS

Beatam Mariam Virginem de Monte Carmelo, quæ in itinere ad Christum, verum montem, eius intercessionem nos confirmat, clerus et christifideles loci v.d. «Salinas» peculiari necnon assiduo cultu prosecuti sunt et adhuc prosequuntur.

Inde Excellentissimus Dominus Iesus Sanz Montes, Archiepiscopus Ovetensis, communia fidelium excipiens vota, electionem beatæ Mariæ Virginis de Monte Carmelo in Patronam apud Deum illius loci rite approbavit. Idem vero, litteris die 21 mensis decembris 2020 datis, enixe rogavit ut electio et approbatio huiusmodi, iuxta Normas de Patronis constituendis, confirmarentur.


Congregatio porro de Cultu Divino et Disciplina Sacramentorum, vigore facultatum eidem a Summo Pontifice FRANCISCO tributarum, attentis expositis, cum electionem et approbationem ad iuris præscriptum peractas esse constet, precibus annuit atque

**BEATAM MARIAM VIRGINEM DE MONTE CARMELO
PATRONAM APUD DEUM
LOCI v.d. «SALINAS»**


confirmat, omnibus cum iuribus et privilegiis liturgicis iuxta rubricas consequentibus.

Contrariis quibuslibet minime obstantibus.

Ex ædibus Congregationis de Cultu Divino et Disciplina Sacramentorum, die 2 mensis februarii 2021, in festo Præsentationis Domini.



Robertus Card. Sarah
Præfectus

+ 
✠ Arturus Roche
Archiepiscopus a Secretis